



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Sacros. Concilii Tridentini Canones Et Decreta

Gallemart, Jean

Coloniæ Agrippinæ, 1621

Capvt VI. De asseruando sacræ Eucharistiæ Sacramento, & ad infirmos
deferendo.

urn:nbn:de:hbz:466:1-39157

mendacio & hæresi triumphum agere; ut eius aduersarii in conspectu tanti splendoris, & in tanta vniuersæ Ecclesiæ lætitiâ positi, vel debilitati & fracti tabescant, vel pudore affecti & confusi aliquando resipiscant.

DECLARATIONES.

1 *Vtq; in processionibus reuerenter.*] Magis decet, ut solemnitas Venerabilis Sacramenti celebretur in Cathedrali Ecclesia, quam in alia, ex eaq; sumi Sanctissimum Sacramentum, & in processione per vias publicas circumferri, & ad eandem Ecclesiam referri, totiusque rei agenda auctoritas penes Capitulum sit.

REMISSIONES.

¶ *Vide P. Ægid. de Conink de Sacr. & censuris q. 73. n. 15. & qu. 76. num. 85. P. Soar. tom. 3. disp. 35. P. Valer. Reginald. in praxi theol. pœn. li. 2. n. 37. in fin.*

β *Latria cultu, qui vero Deo debetur.*] Vide Repert. Inquisit. verbi Latria, Azeued. ad l. 2. n. 14. tit. 1. li. 1. nouæ Recopil.

γ *Peculiari quadam, & festo die.*] Concordat text. in Clem. ynic. Reliquijs, & venerat. Sanctior.

CAPVT VI.

De asseruando sacre Eucharistia Sacramento, & ad infirmos deferendo.

a *infr. can. 7.*
c *sanc. de celebr. miss. c. 1.*
de *custo. Euchar. c.*
Presbyter. de *10. dist. 2.*
o. 1. *Nicani*
fortè c. 14.
c *Conc. Rhemen. c. 2.*
Conc. *Lat.*
sub *Inn. 3. ca.*
26. c. *præsente*
93. *dist.*
d *Ancy. c. 6.*
r. *M. an. c. 12.*
Carth. *4. c.*
77. 78. *Agathen. c. 13.*
etc.

α β γ **C**onsuetudo a asseruandi in Sacratio sanctam Eucharistiam, ad eò antiqua est, ut eam sacrum etiam b Nicæni Concilij agnouerit. Porrò deferri ipsam sacram Eucharistiam ad infirmos, & hunc vsum diligenter in Ecclesijs conseruari, præterquam quòd cum summa æquitatè & ratione coniunctum est, tum multum in c Concilijs præceptum inuenitur, & vetustissimo Catholicæ d Ecclesiæ more est obseruatum. Quare sancta hæc Synodus retinendum omnino salutarem hunc & necessarium morem statuit.

REMIS

REMISSIONES.

Vide Pat. Henric. in sum. li. 8. c. 28. §. 2. lit. H. P. Aegid. de Sacram. & censur. q. 76. nu. 85. cum seqq.
 β *Consuetudo asseruandi in Sacram.] Concordat tex. in cap. Sanè, de celebrat. Missar. c. Presbyter, de consec. dist. 2. c. 1. de custod. Eucharist.*
 γ An Episcopus possit concedere licentiam asseruandi sanctissimum Eucharistiae Sacramentum in Ecclesia non Parochiali pro adoratione populi? Negatiuè decidit c. in tribus, §. tantæ, de consecrat. dist. 1. Resoluunt Rubin. decif. 29. Aloyf. Ricci. in collect. decif. p. 4. col. 1. 1216.

CAPVT VII.

De preparatione, qua adhibenda est, vt dignè quis Sacram Eucharistiam percipiat.

SI non decet ad sacras vllas functiones quempiam accedere, nisi sanctè; cenè, quo magis sanctitas & diuinitas cœlestis huius Sacramenti viro Christiano comperata est, eò diligentius cauere illè debet, ne absque magna reuerentia & sanctitate ad id percipiendum accedat; præfertim cum illa plena formidinis *β* *verba apud a* Apostolum legamus: Qui manducat & bibit indignè, iudicium sibi manducat & bibit, non dijudicans Corpus Domini. Quare communicare volenti reuocandum est in memoriam eius præceptum: *b* *Probet γ seipsum homo.* Ecclesiastica autem consuetudo declarat, eam probationem necessariam esse, vt nullus sibi conscius mortalis peccati, quantumuis sibi contritus videatur, absque *d* *præmissa Sacramentali Confessione* ad sacram Eucharistiam accedere debeat. quod à Christianis omnibus, etiam ab ijs sacerdotibus, quibus ex officio incubuerit celebrare, hæc sancta Synodus perpetuò seruandum esse decreuit, *e* *modò non desit d* *illis copia confessoris.* quod si, necessitate urgente, sacerdos absque præuia confessione celebrauerit, quam primum confiteatur.

a 1. Cor. 11. c. quid ergo. c. sic in iudic. c. timorem. de cõf. dist. 2. b 1. Cor. 11. c. qui sceleratè, de cõf. dist. 2. c. quotidie, c. panè de cõf. dist. 2. c. omni qui. c. sig. de pan. dist. 1. c. c. in fr. can. 11. d infr. can. 11.

REMIS-